

estam vitam et religionem laudabilem predicte abbatisse et monialium suarum, quam gerunt iugiter Deo et beatissime Virgini in ipso monasterio famulantes¹, specialiter pro salute domini imperatoris, coniugis nostri, et nostra et

I pro remedio animarum * parentum et consanguineorum nostrorum | concedimus et confirmamus pretaxato monasterio, prenominatę abbatisse et successoribus suis et conventui predicto omnem donationem, concessionem et confirmationem eis factas a predicto rege Guillelmo^m, nepote nostro, sicut in eius privilegio vidimus contineri, quodⁿ presenti tempore * dominus imperator predictus * de sue magestatis clementia confirmavit. * Statuimus insuper et imperiali edicto

III sanctimus^d, ut prefatum monasterium | casale * Racchal Almelus³ * cum omnibus * pertinentiis suis et tenimentum ecclesie cum omnibus possessionibus et libertatibus suis et aliud tenimentum, quod est in Monte Forte⁴ et Nichita⁵,

I quod soror Maria obtulit ipsi monasterio, et universa, que * in posterum recto acquisitionis titulo habiturum est, libere et absque exactione aliqua perpetuo iure possideat. Inhibemus igitur^o, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis sive aliquis baiulorum nostrorum * possessiones^p et bona eorum^q stabilia et mobilia * minuere vel modo^r aliquo perturbare * presumat * neque de rebus usui eorum^q necessariis * aut de animalibus * aliquam diricturam exigere vel extorquere. Quod si quis temere presumpserit attemptandum, celsitudinis nostre indignationem se noverit incursum. * Ad huius autem protectionis, concessionis et confirmationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium per manus Ioannis de Neapoli, notarii et fidelis nostri, scribi^s et nostre magestatis sigillo cereo iussimus communiri.

Datum^t in urbe Panormi per manus Matthei Capuani archiepiscopi, anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto, die tertiodecimo mensis^u Ianuarii indictionis quíntodecime, imperii^v * domini nostri Henrici sexti Dei gratia Romanorum imperatoris magnifici et regis Sicilie gloriosissimi semper augusti anno sexto, regni vero Sicilie anno secundo, feliciter amen.

¹) familiariantes E; vgl. aber etwa Ries Nr. 12, 19, 30, 40 u.ö. - ^m) guliermo E
ⁿ) quid E ^o) sibi E; vgl. oben Anm. c ^p) über poss redundante Kürzung E ^q) so E mit der Vorlage statt earum ^r) in E, wohl infolge Verlesung aus ^o ^s) i² korr. E
^t) so E; Kanzleibrauch ist data; vgl. Kehr, S. 74, 259; Dat. Vorurkunde ^u) mense E
^v) imperatoris E

³) Zwischen Monforte Marina und Rometta Marea (Prov. Messina); vgl. oben Anm. 13. Die lateinische Bezeichnung *casale Comitum* (unten Nr. 3) ist nach freundlicher Mitteilung von A. North (Hamburg) keine wörtliche Übersetzung. Vielleicht wäre sogar an einen Eigennamen zu denken: Raḥal al-M. (Casale des M.; vielleicht Melis/Melos?). Ein *casale Melis* im Gebiet von Cammarata (Prov. Agrigento) nennt I. Peri, *Città e campagna in Sicilia* 1 (1953) S. 220.

⁴) Monforte Marina (Kommune Monforte S. Giorgio, Prov. Messina); s. o. Anm. 13.

⁵) In der Nähe der Fiumara di Niceto, westl. Monforte S. Giorgio; s. o. Anm. 29.